

**Biografi över den  
helige Franciskus av  
Assisi (fragment) :  
A 161a /**

*HS A 161a*



National Library  
of Sweden

alter p ordinem naraxit ei-  
dem. Stupuit uir ille nō mo-  
dicum: et uniuersa que dice-  
bantur. uera esse cōfirmans:  
cōpunctus ad lacrimas. con-  
fessus est libens. Tandem cor-  
rectione promissa: interiori  
q̄ hōie taliter renouato ex-  
teriorē: continuo recupera-  
uit aspectum. **H**uius mira-  
culi fama circumquaq̄ dif-  
fusa: nō solum ad reuerenti-  
am sc̄i: uerum etiam ad con-  
fessionem humilem p̄ccorū  
z hospitalitatis gr̄am pluri-  
mos incitauit.

**Q**um quidam apud assisiū  
captus esset p̄ dñm gratianū  
mathei potestatem ciuitatis  
eiusdem occasione furti com-  
missi. de quo fuerat itusatus:  
z p̄ dñm octavianū iudicem  
cōmunitatis eiusdem senten-  
tatus: ut illi itusato oculi ex-

3  
1  
traherentur. et effossi fuissent  
ip̄ius oculi cum cultello. **I**dē  
sic cecatus ductus ad altare  
beati francisci: cuius sc̄i mi-  
sericordiam implorans: q̄a  
iniuste secū actum fuerat. ū  
dicebat. **I**ntra triduiū p̄ meri-  
ta ip̄ius beati p̄ris n̄ri: deus  
omnipotens eidem cecato  
oculos nouos dedit: cum q̄  
bz clare uidebat. s̄ minores  
erant q̄m illi qui de suo ca-  
pite effossi fuerant tū cultel-  
lo. **Q**uod in q̄m miraculum.  
testificati sunt. q̄m plures  
fidedigni: et specialiter frat̄  
gilelmus romanus. qui fū  
astrictus a me fr̄e ieronimo  
ministro generali dura obe-  
diencia. et excommunicatione  
q̄m itureret ip̄o facto: ut  
de hoc claram diceret uerita-  
tem. **E**t examinatus clare  
deposuit. quod illum cecatū

pmo cum oculis uiderat et  
uidit excetari: et oculos eius  
adhuc ipe existens i seculo  
pluries in terra cu baculo  
reuoluit. ut uideret quom  
eent facti. et postmodu ui  
dit eum habentem oculos  
nouis et clare uidentem. post  
modum cum eisdem oculis  
quos per merita bi francisci  
dederat sibi deus. **De liberati**

**A** pud cal **a uariis morbis.**  
tru plebis. iuuenis quidam  
mendicus: surdus erat et  
mutus a natiuitate sua.

Qui linguam a deo curtā  
ac tenūem habebat. quod  
multotiens exquisita a plu  
ribz p̄cisa penitus uideret.

Hic quidam marcus noie:  
ipm ppter d̄m suscepit hos  
picio. Qui eum sibi benefa  
cere sentiens: cepit cū ipso  
assiduus demorari. **Sero q̄**

dam cū predictus uir cenaret  
tū cōiuge. astante puero corā  
eis. dixit uxori. **Hoc ego maxi**  
mum miraculum reputare:  
si b̄s franciscus huic auditū  
redderet. et loquelam. **Et ad**  
iecit. **Voueo deo. quod si hoc**  
s̄s franciscus dignabit̄ opa  
ri: p̄ amorem suū huic pue  
ro expensas conferam donec  
uiuet. **Quirum certe. Subi**  
to lingua creuit: et locutus  
est. dicens. **Gloria deo. et scō**  
francisco: qui michi loque  
lam prebuit et auditum.

**F**rater iacobz de yseo cū pu  
erulus eēt i domo paterna:  
rupturam incurrit corporis  
ualde grauem. **Supno uero**  
afflatus spū licet eēt iuuni  
et infirmus. ordinem sc̄i franci  
ci deuotus intrauit: nulli  
tamen qua urgebatur: infir  
mitatem detexit. **Fin ē aut̄**

A.S. 50,  
pag. 794.

castris: cū iaceret sup stene  
lignoz in ipa muri postoz  
crepidine: ipoz soluta cōpa  
ge in tectum palacij corruit  
et ex inde sup terrā. Excitata  
ē ad sonitū casus tota fa  
milia: et custodis itellecta  
ruina: dñs castri et dña cū  
frīb; accurerūt. Is ū qui  
ex alto corruerat absortus  
fuerat tam pfundo sopore:  
ut nec ad casum iteate ru  
ine: nec ad strepitū accur  
rentis familie cū clamore.  
Trahentū tandē et ipellentū  
um manib; excitat: et que  
ri cepit qd̄ dulci fuisset qui  
ete puatus: inter beati frā  
ncisci machia. suauit̄ assery  
se commisse. Cū ū de casu p  
prio doceret ab alijs: et i timo  
se uideret q̄ in alto iacuerat:  
suspēs esse factū. qd̄ fieri n̄ p  
cepit: penitentiā se facturū

3  
2  
ob reuerentiā dei et s̄i frāncisci.  
corā omīb; remisit. **I**n  
castro pophis qd̄ in campa  
nia positū est: sacerdos qui  
dam thomas nocte accessit  
ad repandum ecce molen  
dinū. Deambulās aū incau  
te secus extrema canalis  
q̄ gurges pfundis copioso  
defluebat influen: subito ca  
si cauiloso ligno intrusus  
est: cui impulsu uoluitur  
molendinū. Cum ḡ q̄sertus  
iaceret i ligno: et sup os qm̄  
q̄ supin' erat aquarū impe  
tus iundaret: corde tñ quia  
lingua nō poterat scū fran  
ciscū fidelit̄ inuocabat. **P**  
magnū ū spaciū sic illo ia  
cente. ac de uita ipius iam  
penit' locijs despatis: i q̄tra  
riam partē malā cū uiolen  
tia renoluerūt: et sic creatus  
sacerdos: palpitas uolenta

bat in aque meatu. Et ecce  
quidam frater minor indu-  
tus tunica candida et fu-  
ne succinctus: cum magna  
suauitate acceptum per bra-  
chium extra flumen eduxit  
dicens. Ego sum franciscus:  
quem tu inuocasti. Ille uero  
sic liberatus. nimis obstu-  
puit: uolensque pedum ipsius  
deosculare uestigia. huc at-  
que illuc anxius discurre-  
bat: querens a socijs. **U**bi  
est ille. **Q**uo abiit sanctus. **Q**uia  
discessit. **U**iri autem illi  
tremefacti. prostrati ceciderunt  
in terram: sublimis dei glori-  
osa extolentes magnalia.  
et uirtuosa merita humilis  
serui eius. **I**uuenes qui  
tam de burgo celani per me-  
tendis herbis exierat ad ca-  
pestrina quedam. in quibus uetus  
latebat puteus. herbis in

sumo ore utrentibus obum-  
brat: qui quasi per passus quatuor  
aquarum altitudinem con-  
tinebat. **S**egregatum ergo per ca-  
pum pueris discurrentibus: un-  
de impulsus decurrit in puteum.  
**A**bsorbente autem profunda foue-  
a corpus: spiritus mentis sursum  
recurrerebat ad beati francisci  
suffragium: clamans in ipso lap-  
su fideliter et fidenter. **S**ancte fran-  
ciscus: adiuua me. **C**eteri huc  
et illuc se uertentes: dum puer  
alius non compareret clamore.  
circutu. et lacrimis cepe-  
bant eundem. **C**ompto tandem  
quod in puteum ceciderat: festinan-  
ter redierunt ad burgum: in-  
dicantes euentum: exposcen-  
tes auxilium. **R**eduentibus autem  
illis cum multa hominum tur-  
ba: demissus unus per funem  
puteum. puerum respexit in a-  
quam superficie residente: nichil

malariū sententiā docebat suo  
pe eē fugiendū: exemplo demō-  
strans: rebellem carnē & pigriā  
disciplinis otinuis & fructuo-  
sis laboribz eē domandā. Unde  
corpus suū frēm asinū appella-  
bat: tanq̄m laboriosus suppo-  
nendū oneribz. crebris cedē-  
dum flagellis: & uili pabu-  
lo sustentandū. **S**i quē ū cer-  
nebat otiosū & uagū aliorū  
uelle malle māducare labo-  
res: frēm muscā nominādū  
scensebat: eo qđ talis nichil  
boni faciens. & bñfacta infi-  
ciens: uilem & abominabile  
se reddat om̄ibz. **P**pter qđ dicit  
aliquando. **V**olo frēs meos labo-  
rate & exercei. ne ocio dediti: p  
illicita. corde aut lingua ua-  
gent. **E**uangelicū siq̄dem uo-  
lebat a fr̄ibz obseruari silenci-  
um: ut uidelicet ab omni ocio-  
so ūbo. om̄i tempe abstinerēt

3  
solicite: tanq̄m redditori in  
die iudicij de huiusmodi racō-  
nem. **S**z & siquidē inemisset  
frēm ūbis assuetū in anibz.  
acriter arguebat: taciturni ta-  
te modestā. & puri cordis af-  
firmās custodiā. & nō modi-  
cam eē uirtutē: p eo qđ mors  
& uita fore dicunt in manibz  
lingue. nō tam racōne gus-  
tus q̄m racōne loquele. **L**i-  
cet aut p uiribz ad uitā au-  
stera frēs inducet: nō tamē  
placebat ei districtōis seue-  
ritas. q̄ pietatis nō induebat  
uiscera: ū est discreōis sale-  
gūta. **C**ū enī quadā nocte  
unus ex fr̄ibz p nimietate  
abstinentie ad modū fame  
cruciatus. nullā possē habē  
quietē: intelligeretq; pius p̄-  
oui sue imminere piculū: uo-  
cauit frēm. apposuit panem.  
& ut ruborē illi tolleret: cepit

ip̄e p̄or comedē. cūq; ad mā  
ducandū. dulcē inuitare.  
**D**epulit fātū uerecundia.  
siūp̄it cibū? gauisus q̄m  
plurimū. qd̄ p̄ circūsp̄ctā  
q̄descensionē pastoris. & cor  
pis exaliss̄ dispendiū. & nō  
modicū accepiss̄ edificatio  
nis exemplū. **H**ane factū.  
quocatis s̄ib; iunū? uir  
rei referens qd̄ acciderat noc  
te? p̄uidā cōmonitōe sub  
iūxit. **S**it nobis fr̄s. n̄ cibū?  
s̄ caritas i exemplū. **D**ocuit  
in sup̄ eos discrecōem sequi  
ut aurigā iūctū? nō eam  
quā caro suadet. s̄ quā edo  
mit x̄p̄c? cui? sacratissimā  
uitam. exemplū q̄stat ēē  
p̄fectionis exempla. **E**t q̄m  
agnū sine macula crucifi  
xum. nō est possibile homi  
carnis i firmitate circūda  
to. sic p̄feste sectari? quin

aliq̄s q̄tialhat sordes? ideo docu  
mento certo firmabat eos q̄  
p̄fectioni uite uite iūigilat.  
cotidianis se debere lacrima  
rum emūdare fluentis. **U**t  
cet enī adeptus iam ēēt cor  
dis & corporis puritatē mira  
bilem? nō cessabat tamen  
lacrimarū ymbrib; iūgiter  
oculos expiare mētāles? cor  
porū luminū n̄ ponderā  
do iacturā. **C**ū enī ex q̄tinuo  
fletu i firmitatē oculorū in  
curiss̄ grauissimā? suade  
te s̄ medito qd̄ abstineret a  
lacrimis. si corporei uisus  
certitatē uellet effugere? uir  
sc̄s respondit. **N**on est fiater  
medice ob amorē luminis  
q̄o hic habem? cōmune cū  
mulsis. uisitacō lucis et̄ne  
repellenda ul' modicū? q̄a  
n̄ sp̄c ip̄ carnē? s̄ caro p̄ter  
sp̄m b̄n̄ficiū lucis accepit.

xpi se  
sua u  
a: p̄ o  
ne sup  
placitū  
ḡ reue  
oracul  
missū  
ret̄ an  
conaba  
gis om̄  
uere p̄  
tus ex  
om̄ib;  
collegit  
teris so  
rio dere  
assili?  
ptatis f  
inopia  
lacrima  
nib; ref  
hant en  
nib; inco

xpi seruus franciscus n̄ de  
sua ul' suor' ofidens idustri  
a: p̄ orōnis instantiā. diu  
ne sup hoc uolūtatis bene  
placitū requisit. **S**upne  
ḡ reuelacōis illustratus  
oraculo: intellexit se ad hoc  
missū a dño: ut xpo lucre  
ret animas. q̄s diabolus  
conabat auferre. **I**deoq; ma  
gis om̄ibz q̄m sibi soli ui  
uere pelegit: illius puoca  
tus exemplo: qui unus p̄  
om̄ibz mori dignat' ē. **R**e  
collegit itaq; se uir dei cū ce  
teris socijs in quodā tug  
rio derelicto iuxta ciuitate  
assisijs: in quo scdm scē pau  
ptatis formā i labore multo  
& inopia uisitabāt: magis  
lacrimarū q̄m deliciarū pa  
nibz refici satagētes. **V**aca  
bant enī ibidem diuinis p̄  
nibz incessant: mētaliter po

4  
cius q̄m uocalit studio in  
tendentes orōnis deuote: p̄  
eo qd̄ nō dū eccāsticos lib̄s  
habeāt. i quibz possent ho  
ias cānicas decantare. **L**oco  
tam̄ illoꝝ. libnū crucis xpi  
otinuatis aspectibz diebus  
ac noctibz renouebāt: exē  
plo p̄is & eloquio eruditū:  
qui iugit faciebat eis de x  
cruce sermonē. **R**ogantibz  
ait fr̄ibz ut eos doceret ora  
re. dixit. **C**ū orabitis. dicite  
p̄i nost': & adoram' te xpe ad  
om̄es eccās tuas que sūt  
i toto mundo & b̄ndicimus  
tibi: q̄ p̄ scām crucē tuam  
redemisti mundū. **D**ocuit  
insup eos d̄m laudare in  
om̄ibz & ex om̄ibz creaturis:  
honorare p̄cipua reuerencia  
sacerdotes: fidei q̄ ueritatem  
scdm qd̄ romana scā tenet &  
docet ecclā. & firmit' credere et



simplicitate confiteri. Seruabit  
illi patris sui documenta per om-  
nia et ad omnes ecclesias et cru-  
ces quos elonginque videre po-  
terat. iuxta datam sibi formam  
orantes. se humiliter prostern-  
ebat. Contra hereticos autem  
fratres moram in loco prefato.  
uir sanctus die quadam saba-  
ti. ciuitatem introiit assi-  
sij. predicaturus mane die  
dominice ut moris erat. in ecclesia  
cathedrali. Cumque in quodam  
tugurio sito in orto canoni-  
corum. uir deo deuotus in oratione  
dei more solito pernoctaret.  
corpore absentat a filiis.  
ecce fere media noctis hora.  
quibusdam ex fratribus quiescenti-  
bus. quibus sancta in orando per-  
seuerantibus. currus igneus  
mirandi splendoris per ostium  
domus intrans. huc atque il-  
luc per domitium tertio se con-

uertit. super quem globus lucis  
dus residebat. qui solis ha-  
bens aspectum. noctem clarissime  
fecit. Obstupescere sicut uigi-  
lantes. excitati simul et ex-  
irti dormientes. et non minus  
senserunt cordis claritatem  
quam corporis. dum ex ictu mir-  
randi luminis. alterius al-  
teri conscientia nuda fuit. In-  
tellexerunt namque quod dicit omnes  
uidentibus inuicem uniuersis. in  
cordibus singulorum. sanctam patrem  
absentem corpore. presentem spiritu. ta-  
li transfiguratum effigie. super  
nisi irradiatum fulgoribus. et  
ardoribus inflammatum super na-  
turali ictu. in curru splen-  
dente simul et igneo sibi de-  
monstrari a domino. ut tamquam  
ueri israelite post illum incederet.  
qui uiuorum spirituum. ut alter  
helyas factus fuerat a deo  
currens et auriga. Credendum

5  
tis obtinuit: et quod exterius proficeret et quod interius papa sentiret. Nam cum pabalam de diuitie rege. cum muliere formosa et paupe contrahente. gratantur et ple suscepta proficere generantis regis ymaginem accepit hoc educanda de mensa ipsius. sicut a deo accepit uertulisk: ex illi interpretacione subiungit. Non est formidandum. quod fame pereat. etiam regis filij et heredes: quia ad ymaginem regis christi per spiritum sancti iustitiam de paupe matre nati: et ipsi per spiritum paupertatis sunt in religione paupercula generandi. Si enim rex celorum imitatoribus suis regnum permittit eternum: quanto magis illa subministrabit quod communit largitur bonis et malis. Hanc ergo pabalam et intellectum ipsius christi uicarij cum diligenter audis

seruatus est ualde: et indubitantem christum locutum in homine recognouit. Et uisionem. quam tunc temporis e celo precepit: ut hoc uero fore complenda. spiritu diuino suggerente firmavit. Videbat namque in sompnis ut uertulisk lateranensem basilicam fore primam iam uirum: quam quidam homo pauperculus. modicus et despectus. pro domino submisso: ne caderet sustentabat. Vere inquit hic ille est: qui opere et doctrina christi sustentabit etiam. Unde precipua deuotione repletus. petitioni eius se pro omnia inclinavit: ac christi famulum speciali semper amore dilexit. Postquam postulata concessit: et adhuc concedere plura permisit. Approbavit uerulam: dedit de penitencia predicanda mandatum et laudis

fratibus omnibus. qui seruus dei fuerat committati. fecit coronas punitas fieri. ut in uisum dei predicaret.

**De profectu ordinis sub manu ipsius et confirmatione regule ipsius appro-**

**F**ratris exinde **late.** frantiscus et auctoritate papali. cum fiducia multa uisus uallem spoletanam iter arripuit. ut euangelium christi faceret et doceret. Dum autem in uia offerret cum sociis. quomodo reglam quam susceperant sincere seruarent. qualiter in omni scititate ac iusticia coram deo incederent. qualiter in se ipsis proficerent et essent alijs in exemplum. diuinus colloquio pertracta. hora pertransiit. Et cum iam lassati essent ex diuturnitate laboris. esurietes in quodam loco solitudinis subsisterunt. Hanc

cum omnis uia deesset quam possent sibi de uictu necessario prouidere. statim affuit prouidentia dei. Nam subito apparuit homo afferens panem in manu. quem pauperibus christi dedit subitoque disparuit. incognitum unde uenerit. uel quomodo esset. Cognoscentes autem per hoc pauperes fratres supernum sibi in comitatu uiri dei adesse presidium. magis dono liberalitatis diuine. quam cibo carnis proprie sicut refecti. Insuper diuina consolatione repleti. statuerunt firmiter et irrenocabili et confirmauerunt. nulli in media aut tribulationibus impulsu. a sancte paupertatis resilire promissio. Ex inde in uallem spoletanam cum socio proposito redeuntes. tractare cepunt utrum inter homines quiescere deberent. an ad loca solitaria se transferre. **Sz**

A.S. 50,  
pag. 750.

Malebat siquide corpalis ui-  
 sus amittere. qm lacrimas  
 quibz oculus mundat<sup>2</sup> inte-  
 riget. ut dñm uidere ualeat. re-  
 pressa deuotione spc i pedire.  
 Cū aut semel daret<sup>2</sup> osiliū a  
 medicis et instant<sup>2</sup> suaderet<sup>2</sup>  
 a frīb. ut pateret<sup>2</sup> o p remedi-  
 um subuenire cocture. hūili-  
 ter uir dei assensit. qz saluti  
 ferum hoc simul et aspm ee  
 cernebat. Vocatus itaq; ue-  
 nit chirurgicus. instrumentū  
 ferreū igni submittes. ad fa-  
 ciendū cocturā. At xpi serui  
 corpus iam horrore quassū.  
 sicut amittū cepit ignem al-  
 loqui. dicens. Hi frat ignis.  
 ceteris rebz emulandi deo-  
 ris. ittuosum. pulchrū. et u-  
 tilem. te creauit altissimus.  
 Esto in hac hora pccius.  
 esto curialis. Precor magnū  
 dñm. qui te creauit. ut tu

um calorem in temperet. quo  
 suauit<sup>2</sup> uentē ualeā susti-  
 nere. **G**racōne finita. et gitta  
 igne candescens ferreū instru-  
 mentū signū circulo edidit.  
 ac deinceps intrepidus p̄siste-  
 bat. **P**fundatū ē crepitans  
 ferreū in tenera carne. et ab au-  
 re usq; ad supciliū coctura  
 p̄tracta. **Q**uantū irrogauit  
 ignis ille dolore. uir ipse se  
 expressit. **L**audate inquit ad-  
 fies altissimū. qz uere dico  
 uobis. nec ignis ardore sensi.  
 n̄ carnis illū dolore. **E**t quibus  
 ad medicū. si nō est inquit  
 caro bene decocta. in p̄tine-  
 iterum. **S**eptus medicus in  
 miranda carne it̄t̄tē spc  
 tam potētē. mirat<sup>2</sup> est. et di-  
 uinū hoc miraculū extulit  
 dicens. **D**ico uobis fies. uide  
 mirabilia hodie. **Q**uia enī  
 ad tantā puenerat puritatē

ut caro spm. ⁊ sps deo. armo  
nia mirabili qcordaret. di  
uina ordinaçoe fiebat ut cre  
atura factori suo deseruies.  
uoluntati ⁊ iperio ei mirabi  
liter subiaceret. **A**lio enim  
tempe apud heremū scī ur  
banū seruo dei egritudine gra  
uissima laborauit: cū ipse  
nature defectū senties. uini  
potulū postulasset. nichilq  
de utro qd s̄ dari poss̄ res  
ponderet adesse. iussit aq̄m  
afferi. ⁊ allatā. signo cru  
cis edito bñdixit. **N**ox ui  
num efficit̄ obtinū qd fu  
erat aq̄ pura. ⁊ qd deserti  
loci paupertas nō potuit. ui  
ri scī puritas ipetrauit.

**A**d cui gustū tanta p̄tin  
facilitate qualuit. ut sapo  
ris nouitas ⁊ inouaçō sa  
nitatis. gustabile ac gustā  
tem. sup naturalit̄ inouā

tes. p̄fectā in ip̄o expoliacō  
nem ueteri h̄is ⁊ induicō  
nem noui. duplici attesta  
cōne firmaret. **N**on solū  
creatura seruo dei seruiebat  
ad uictū. s̄ ⁊ creatoris ubi  
q̄ prudentia q̄descendebat  
ad placitū. **C**ū enī tempore  
q̄dam ex multarū infirmi  
tatiū q̄ cursu aggrauato cor  
pe. ad locum otatē sp̄s ex  
ittandā. alicui audiendi so  
ni armonici desiderū habu  
isset. n̄ id honestatis decora  
p̄ ministeriū fieri patebat  
humanū. affuit angloꝝ  
obsequiū ad uiri scī plan  
tum adimplendū. **H**odie et  
enī q̄dam uigilāte ip̄o ⁊ me  
ditante de dño. uerpete in so  
nuit cathara quedā armo  
nie mirabilis. ⁊ suauissime  
melodie. **N**on uidebat aliq̄  
s̄ transitū ⁊ reditū cathare

alter p  
dem. St  
dicum?  
bantur.  
cōpunct  
fessus est  
rectione  
q̄ hōie t  
teriozem  
uit aspe  
culi fam  
fusa? nō  
am sc̄a: u  
fessioner  
z hospita  
mos in  
**Q**um q  
captus e  
mathei  
eiusdem  
missi. de  
z pd̄m  
cōmunt  
tatus: u

Plats: Linje 2 05:an RGB i Adobe 1998

| Adobe RGB | Adobe RGB | Adobe RGB |
|-----------|-----------|-----------|
| 53        | 84        | 121       |
| 53        | 86        | 121       |
| 53        | 86        | 121       |
| 54        | 103       | 149       |
| 66        | 151       | 58        |
| 147       | 79        | 60        |
|           |           | 52        |
|           |           | 166       |
|           |           | 66        |
|           |           | 138       |
|           |           | 166       |

Don Williams M000889

| Density | 0.05  | 0.09  | 0.16  | 0.22  | 0.36  | 0.52  |
|---------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|
| L*      | 39.78 | 65.15 | 49.87 | 43.54 | 55.56 | 82.02 |
| a*      | 14.63 | 17.82 | -1.12 | 1.26  | 0.56  | 0.42  |
| b*      | 18.11 | 18.51 | 1.98  | 0.81  | 0.21  | 0.21  |

ur. et effossi fuissent  
i cum cultello. Idē  
ductus ad altare  
cisa? cuius sc̄a mi  
m implorans: q̄a  
cū actum fuerat. ū  
i fra tridui p meri  
eati p̄ris nr̄i? deus  
ms eidem cecato  
uos dedit: cum q̄  
debat. s̄ minores  
illi qui de suo ca  
i fuerant cū cultel  
in q̄m miraculum.  
sunt. q̄m plures  
et specialiter frat  
romanus. qui fū  
a me fr̄e ieronimo  
generalī dura obe  
excommunicatione  
eret ip̄o facto: ut  
am diceret uerita  
caminatus clare  
quod illum cecatū